bus vt interficias eos q fugerint. et nō cōclu des reliquos ei' in die tribulationis: qñ iuxta est dies dñi sup oēs gentes. Sicut fecisti. fiet ti bi: retributionē tuā conuertā in caput tuū. Quō em bibisti sup montē scm̄ meū: bibent oēs gen tes iugiter. et bibent. et absorbebūt. et erūt qñ nō sint. Et in mōte syon erit saluatio et erit scūs. et possidebit dom' iacob eos q se possederant. et erit dom' iacob ignis: et dom' ioseph flāma. et domus esau stipula. et succēdent in eis et deuora būt eos. et nō erūt reliquie dom' esau. qz dñs lo cutus est. Et hereditabūt hi qui ad austrū sunt montē esau. et qui in campestrib' philistim. et possidebūt regionē effraim et regionē samarie. Et beniamin possidebit galaad: et trāsmigratio exercitus hui' filioz israel oīa loca chananeoꝝ vsqz ad sareptam. et transmigratio hierlm q in bosforo est possidebit ciuitates austri. Et ascen dent saluatores in montē syon iudicare montē esau et erit dño regnū.

**Explicit abdias propheta. Incipit prologus in Jonam prophetam.**

**I**nam sanctuz hebrei affirmant filium fuisse mulieris vidue sareptane quē he lias propheta mortuū suscitauit. matre postea dicente ad eū. nūc cognoui qz vir dei es tu: et verbū dei in ore tuo veritas est. Ob hanc etiam causam ipsum puerū sic vocauit amathi. Amathi em̄ in nra lingua veritatē sonat. et ex eo qz verū helias locut' est. ille q suscitatus est fili' esse dicit veritatis. Ideo de veritate colūba na scitur. qz Jonas columbā sonat. In cōdēnatio nē aut israel Jonas ad gentem mittit: qz niniue agēte pniāz illi in malicia pseuerāt. Temporib' quippe hieroboā regis israel q deo derelicto cū pplo suo in samaria idolis sacrificabat: ionam prophetā fuisse. qrtus liber regū indicat. Is cū propheta illumiante pctōres ciuitatis niniue dei miam cōsecuturos videret: ne falsa pdicare videretur: ad denūciandū interitū eiusdē cinita tis ire nolebat. Nam sicut de' ad abraā de impie tate sodomoz et gomorreoz locut' est. clamor sodomoz et gomorreoz puenit ad me. Ita et de niniue dicit. eo qz ascenderit clamor malicie ei' ad deū. Et qz sententia dei de sodomis facta mi nime reuocata est. ita et ionas aduersus niniue prolata sniam reuocari nolebat. diuine dispen sationis ignarus qui salutē hoim ad se cōuer tentiū magis vult qz interitū. Hoc illi acciderat qd et sancto heliseo. q filiū sunamitidis mulieris mortuū ignorauit. Ideo a conspectu dei fugere se ionas putabat: humanū aliqd passus dicente dauid. Quo ibo a spū tuo et quo a facie tua fugiā

**Explicit prologus. Incipit argumentū.**

**2 iij**

5

6

iiij. R. l. xvij. d

iiij. R. l. xiiij. f

Gen. xvij. e  
Jone. i. s

Ezech. xxxij

iiij Reg. iij. e

Ps. cxix



# Jonas

**I**onas colūba pulcherrima, naufragio suo passionē dñi pfigurans mundū ad pñiam, reuocat, et sub noīe ninīue salutem gentibus denunciat:

**Explicit argumentū. Incipit Jonas ppba:**  
**L.S.** Jonas mittit̄ in ninīue ad p̄dicandū et fugit in tharsis: oritur tempestas, et in mare mittitur, et stat mare, et timent offerentes dño, et dñs populi miseretur. **Ca. I.**

**F**actū est verbum dñi ad ionā filiū Amathi dicēs. Surge et vade in ninīue ciuitatē grandē et p̄dica in ea qz ascendit malicia eius corā me, et surrexit Jonas vt fugeret in tharsis a facie dñi, et descendit ioppen: et inuenit nauē euntē in tharsis, et dedit naulū ei et descendit in eam vt iret cū eis in tharsis a facie dñi. Dñs aut̄ misit ventū magnū in mare: et facta est tēpestas magna in mari: et nauis p̄cl̄tabatur cōteri, et timuerūt naute, et clamauerūt viri ad deū suū, et miserūt vasa q̄ crāt in nauī in mare vt allenaretur ab eis. Et ionas descendit ad interiora nauis: et dormiebat sopore graui, et accessit ad eū gubernator, et dixit ei, Quid tu sopore dep̄meris. Surge inuoca deū tuū, si forte recogitet deus de nobis et nō peream. Et dixit vir ad collegas suū, Venite et mittam̄ sortes, et sciamus q̄re hoc malū sit nobis, et miserūt sortes, et cecidit sors sup̄ Jonaz, et dixerūt ad eū, Indica nobis: cui⁹ causa malū istud sit nobis, qd̄ est opus tuū, q̄ terra tua, et quo vadis, vel ex quo pp̄lo es tu, et dixit ad eos, Debreus ego sū et dñm deū celi ego timeo, q̄ fecit mare et aridā. Et timuerūt viri timore magno et dixerūt ad eū, Quid hoc fecisti, Cognouerūt em̄ viri q̄ a facie dñi fugeret qz indicauerat eis ionas, et dixerunt ad eū, Quid faciem⁹ tibi, et cessabit mare a nobis, Quia mare ibat et intumescēbat sup̄ eos et dixit ad eos, Tollite me et mittite in mare et cessabit mare a vobis, Scio em̄ ego: qm̄ p̄pter me tempestas hec grandis venit sup̄ vos, Et remigabant viri vt reuerterent̄ ad aridam et nō valebant, qz mare ibat, et intumescēbat sup̄ eos, et clamauerūt ad dñm et dixerūt, Quesum⁹ dñe ne peream⁹ in aīa viri isti⁹, et ne des sup̄ nos sanguinē innocentē, qz tu dñe sicut voluisti: fecisti, et tulerūt ionā et miserūt in mare et stetit mare a feruore suo, Et timuerūt viri timore magno dñm et immolauerūt hostias dño: et vouerūt vota,

**L.S.** Absorptus a cete clamat ad dominū exauditur et euomitur. **Ca. II.**

**E**t p̄parauit dñs pisces grandē vt deglutiret ionā, Et erat Jonas in ventre piscis trib⁹ dieb⁹ et trib⁹ noctib⁹, et orauit

ionas ad dñm deū suū de ventre piscis, et dixit, Clamaui de tribulatione mea ad dñm: et exaudiuit me, De ventre inferi clamaui: et exaudisti vocē meā, Et picasti me in pfundū in corde maris: flumē arcūdedit me, Dēs gurgites tui et fluctus tui sup̄ me transierūt, Et ego dixi, Abieci⁹ sum a cōspectu oculorū tuorū, Verūt̄ rursus vi debo templū sanctū tuū, Circūdederūt me aque vsq̄ ad aīas, abyssus vallauit me, pelagus operuit caput meū, Ad extrema montiū descendit̄ terre vectes cōcluserūt me in eternū, et subleuabis de corruptione vitā meā dñe deus me⁹, Cū angustiaretur in me aīa mea dñi recordat⁹ sum, vt veniat ad te oratio mea ad templū sanctū suū Qui custodiūt vanitates: frustra miam suā de relinquūt, Ego aut̄ in voce laudis imolabo tibi quecūq̄ voui reddā pro salute mea dño, et dixit dñs pisci, et euomit ionam in aridam.

**L.S.** Iteruz ionas mittitur in ninīue p̄dicari p̄dicat: penitet popul⁹ et dñs miseref. **III.**

**F**actū est v̄bū dñi ad ionā sc̄do, dicens Surge et vade in ninīuen ciuitatē magnā et p̄dica in ea p̄dicationē quā ego loquor ad te, Et surrexit ionas et abiit in ninīue iuxta v̄bū dñi, et ninīue erat ciuitas magna itinere triū diey, Et cepit ionas introire ciuitatē itinere diei vni⁹, et clamauit et dixit, Adhuc quadraginta dies, et ninīue subuertetur, et crediderunt viri ninīuite in dño, et p̄dicauerūt ieiuniū, et vestiti sunt saccis a maiore vsq̄ ad minorē, Et puenit verbū ad regē ninīue, et surrexit de solio suo et abiicit vestimentū suū a se, et indutus ē sacco et sedit in cinere, et clamauit et dixit in ninīue ex ore regis et principū eius dicens, Hoīes et iumenta et boues et pecora nō gustent quicūq̄ nec pascantur, et aquā nō bibant, et operiātur saccis hoīes, et iumenta clament ad dñm in fortitudine, et cōuertatur vir a via sua mala et ab iniquitate q̄ est in manib⁹ eorū, Quis scit si cōuertatur et ignoscat deus, et reuertatur a furore ire sue: et nō pibim⁹, et vidit deus opa eorū, qz cōuersi sunt de via sua mala et miser⁹ est sup̄ maliciā quā locut⁹ fuerat vt faceret eis et nō fecit.

**L.S.** Dolet ionas ad mortē et arguit a dño dolet ionas arefacta hedera, et ex h̄ pbat ei dñs qz p̄pter ninīue debuit condolere. **III.**

**A**fflict⁹ est ionas afflictioe maḡ et iratus est et orauit ad dñm et dixit, Obsecro dñe, nūq̄d nō h̄ est verbū meū cū adhuc essem in terra mea, Propt̄ h̄ p̄occupauī vt fugerē in tharsis, Scio em̄ qz tu de⁹ clemēs et miser⁹ coris es, paties et m̄lc̄e miserationis, et ignoscēs sup̄ maliciā, Et nūc dñe tolle queso aīam meā a me, qz melior est mihi mors q̄ vita, Et dixit dñs Putasne h̄n irasci tū, Et egressus ē ionas de ciuitate, et sedit p̄tra orientē ciuitat̄, et fecit sibi

Gen. xviij. b

B

E

D

Deut. xxi. b

A

Matth. xij. c.

Ps. 136

E

D

A

B

Matth. Luc. 4

D

Joh. 14

A

Ps. 136

i. Reg. 17

# Micheas

met vmbra culū ibi. et sedebat subter illud in vmbra donec videret qđ accideret ciuitati et prepa-  
rauit dñs de' edera et ascēdit sup caput iōne vt  
esset vmbra sup caput ei'. et ptegeret eū. Labora-  
uerat em̄ et letatus est ionas super edera leticia  
magna. et pauit de' vermen ascensu diluculi in-  
crastinū. et percussit edera et exaruit. et cū ortus fu-  
isset sol precepit dñs vcto calido et vrēti et percussit  
sol sup caput iōne. et estuabat. Et petiuit aie  
sue vt moreret. Et dixit. *Delit' est mihi mori qđ  
vnuere.* et dixit dñs ad ionā. *Putasne bñ irasces-  
ris tu sup edera* Et dixit bñ irascor vsqz ad mor-  
tem. et dixit dñs. *Tu doles sup edera in qđ nō la-  
borasti neqz fecisti vt cresceret qđ sub vna nocte  
nata est et sub vna nocte perijt. et ego nō pcā ni-  
niue ciuitati magne. in qua sunt plus qđ centum  
vigintimilia hoim qđ nesciūt quid sit inter dexte-  
ram et sinistra suā et iumenta multa.*

*Explicit ionas propheta. Incipit prologus  
in Micheam prophetam.*

**Q**uoniam iohannes achas et ezechie re-  
gum iuda. micheā ppham ob hāc pro-  
phetiā spūscō repletū fuisse lectio ipā  
demonstrat. Sed de supradicto numero regum  
ioathan et ezechiam deo ob regiones placuisse.  
historia libri quarti regum. et secundi paralipo-  
menon indicat. Achas vero relicta deo idola sa-  
marie quib' etiam filios suos in sacrificiū igni  
cōcremandos obtulerat coluisse pstat. Quam-  
obrem deus samariā qđ reges isrl' et iuda memo-  
ratorū simulacrorū supstitiōe fefellerat increpās  
indignationē suā in eā pcessurā cōminatus est  
Populo etiā isrl' puaricatori et principibus ei'  
qui eundem populum fallaci suasiōe ad colen-  
da idola impulerant verbis in sequentib' capti-  
uitatem et interitum affuturum denunciāuit.

*Explicit prologus. Incipit argumentum*

**M**icheas de morasthi coheres xpi vasta-  
tionem annunciat filie latronis. et obfi-  
dionem ponit contra eam. quia maxil-  
lam percussit iudicis israel.

*Explicit argumētū. Incipit micheas ppha  
L. S. de terrore vcturi iudicis. de subuersio-  
ne samarie pph' idola plāgit ppha qđ plāgant p-  
uenit ad iudeos et incitat ad planctū.*

**V**erbum domini  
quod factū est ad micheam mo-  
rasthitē in dieb' ioathā Achas  
et ezechie regū iuda quod vidit  
sup samariam et hierlm. Audite  
ppli oēs et attēdat terra et pleni-  
tudo eius. et sit dñs deus vobis  
in testem: dñs de templo sancto suo. Quia ecce  
dñs egrediet de loco suo et descendet et calcabit  
sup excelsa terre. et psumuntur mōtes subtns eū

et valles scinduntur sicut cera a facie ignis. sicut  
aque qđ decurrūt in preceps. In scelere iacob oē  
istud. et in pctis dom' isrl'. Qđ scelus iacob. Nō  
ne samaria. et que excelsa iude. Nōne hierusalem  
Et ponā samariā quasi aceruū lapidū in agro  
cū plātat vinea. et detrahā in vallē lapides ei'.  
et fundamenta ei' reuelabo. et oia sculptilia ei'  
concidentur. Et oēs mercedes eius cōburent  
igni. et oia idola ei' ponā in pditionē. qz de mer-  
cedibus meretricis congregata sunt. vt vsqz ad  
mercedē meretricis reuertent. Sup b' plangā et  
vlulabo vadā spoliatus et nudus. *Faciā plāctū  
velut draconū: et luctū quasi strutionum.* quia  
desperata est plaga eius. qz venit vsqz ad iudas  
tetigit portā ppli mei vsqz ad hierlm. In geth  
nolite annūciare. lachrymis ne ploretis. In do-  
mo pulueris puluere vos pspersite. et transite  
vobis habitatio pulcra. psumio ignominia. Nō  
ē egressa que habitat in exitu. *Plāctū dom' vi-  
cina accipiet ex vobis que stetit sibi met. qz infir-  
mata est in bonis qđ hitat in amaritudinib'.* Qz  
descendit malū a dño in portā hierlm. tumult'  
quadrige stuporis habitati lachis. Principiū  
pcti est filie syon qz in te inuēta sunt scelera isrl'  
Propterea dabit emissarios sup hereditatem  
geth. domos mendaciū in deceptiones regibus  
isrl'. Adhuc heredē adducā tibi qđ hitas in mare  
sa vsqz ad odollā veniet glia isrl'. *Decaluares et tō-  
dere sup filios delitiaz tuarū: dilata caluitium  
tuum sicut aquila: qm captiui ducti sunt ex te.*

*L. S. Pctā ppli designat que prouocat vl-  
tionem peccātes in spe cōfutat. et iubet ire post  
dñm: cōpatit ppha ppho suo et post tristitiā pro-  
phetat leta. de aduentu xpi et ascensione.*

**U**t qđ cogitatis inutile et opamini malū  
in cubilib' vris In luce matutia faciūt  
illud: qm dñs est man' eoz. et pcupi-  
erūt agros et violēter tulerūt et rapuerūt domos  
et calūniabant virū et domū ei'. viz et heredi-  
tatē ei'. Idcirco b' diē dñs. *Eccē ego cogito sup  
familiā istā malū vñ non auferetis colla vñ et  
nō ambulabitis supbi. qm tps pessimum est.* In  
die illa sumet sup vos pabola. et cātabit cāticiū  
cū suauitate dicētū. *de populatōe evastati sum'  
Pars ppli mei pmutata est. Quō recedis a me  
cū reuertar qđ regiones nras diuidat. pph' b' non  
erit tibi mittēs funiculū sortis in cetū dñi so isrl'  
Ne loqm̄ini loquētes. Nō stillabit sup istos: nō  
pphendet psumio dicit dñs iacob. nūqd abbrevi-  
atus est spūs dñi. aut tales sunt cogitatiōes ei'  
Nonne vba mea bona sunt cū eo qđ recte gradit  
Et ecōtrario ppls me' in aduersariū cōsurrexit  
Desup tunicā palliū sustulisti: et eos qđ trāsibāt  
simplicif puertistis in bellū Mulier es ppli mei  
eiecisti de domo delitiaz suaz. a puulis eaz tu  
listis laudē meā in ppetuū. Surgite et ite. qz nō*

B  
infra. iij. d

D

D

B

B

E

Debre. rii. c

# Adicbeas

habētis h̄ requiē. Propter immundiciā ei⁹ cor  
rūdet putredie pessima. Utinā nō essem vir ha  
bens spm̄ et mēdaciū poti⁹ loq̄rer. Stillabo tibi  
in vinum et in ebrietatem. et erit sup̄ quē stil  
la p̄pls iste. Cōgregatione p̄gregabo iacob to  
tū te. in vnu p̄ducā reliq̄as isrl̄. Pariter ponam  
illum quasi gregem in ouili. quasi pecus in me  
dio caulaꝝ. Tumultuabūt a multitudine hoīm  
Ascendet em̄ pandens iter ante eos. Diuidet et  
transibunt portā. et egredientur per eā. Et trāsi  
bit rex eoz̄ corā eis. et dñs in capite eoz̄.

**L.S.** Cōtra crudelitātē principū p̄ fallacias  
p̄phetaz̄ et doctoz̄. p̄ scelera primatū et iudiciū  
p̄pter q̄ syon destructa est hierlm̄. III

**A**udi. Audite p̄ncipes iacob et duces  
dom⁹ isrl̄. nunq̄d nō vīm est scire iudi  
ciū q̄ odio habetis bonum et diligitis  
malū: q̄ violenter tollitis pelles eoz̄ desup̄ eis  
et carnē eoz̄ desup̄ ossib⁹ eoz̄. Qui comederunt  
carnē ppli mei. et pellē eoz̄ desup̄ excoꝛiauerūt  
et ossa eoz̄ p̄fregerūt. et p̄ciderūt sicut in lebeta  
et quasi carnē in medio olle. Tūc clamabunt ad  
dñm. et nō exaudiet eos. et abscondet faciē suam  
ab eis in tpe illo. sicut neq̄ter egerūt adinuētio  
nibus suis. h̄ dicit dñs: sup̄ p̄phas q̄ seducunt  
pplm̄ meū. q̄ mordēt dētibus suis et predicant  
pacē. Et si q̄s nō dederit in ore eoz̄ q̄ppia. san  
ctificant sup̄ eū plū. Propterea nox vobis p̄vi  
sione erit et tenebre vobis p̄ diuinatione. Et oc  
cūbet sol sup̄ p̄phas et obtenebrabit sup̄ eos di  
es. Et p̄fundet q̄ videt visioes et p̄fundet diuini  
ti. et opiet oēs vultus suos. qz̄ nō est rñsum dei  
Verūm ego replet⁹ sum fortitudine spūs dñi iu  
dicio et virtute. vt annūciē iacob scelus suum et  
isrl̄ pctm̄ suū. Audite h̄ p̄ncipes dom⁹ iacob. et  
iudices dom⁹ isrl̄. q̄ abominamini iudiciū et oia  
recta p̄uertitis. Qui edificat⁹ syon in sanguini  
bus et hierlm̄ in iniquitate. P̄ncipes ei⁹ in mune  
rib⁹ iudicabāt et sacerdotes ei⁹ in mercede doce  
bāt. et p̄pbe ei⁹ in pecunia diuinabāt. et sup̄ dñs  
requeſcebāt dicētes Nunq̄d nō dñs in medio nrm̄  
Nunq̄d venient sup̄ nos mala. Propt̄ h̄ cā vti  
syon q̄si ager arabis. et hierlm̄ q̄si aceruus lapi  
dū erit et mons templi in excelsa siluaz̄.

**L.S.** De aduētū xp̄i et fide gētū. de p̄porta  
tione orbis. de p̄uersiōe reliq̄az̄ isrl̄. p̄ aduētū  
xp̄i p̄solat hierlm̄. captiuitatē babilonicā et li  
berationē et futuros p̄dicatores predicat. de re  
liquijs que p̄dicabunt et saluabūt. III

**A**erit in nouissimo dieꝝ. erit mons do  
mus dñi p̄par⁹ in vertice mōtiū. et sub  
limis sup̄ colles et fluent ad eū ppli: et  
p̄perabūt gētes multe et dicēt. Venite ascenda  
mus ad montē dñi et ad domū dei iacob. et doce  
bit nos de vñs suis. et ibim⁹ in semitis ei⁹. Quia  
de syon egrediet⁹ lex. et v̄bū dñi de hierlm̄. et ius

dicabit inter populos multos. et corripset gen  
tes fortes vsq̄ in longinquū. et p̄cidēt gladios  
suos in vomeres et hastas suas in ligones. Nō  
sumet gens aduersus gentē gladiū. et nō discēt  
vltra belligerare. et sedebit vir sub⁹ vineā suaz̄  
et subtus ficū suam. et nō erit q̄ deterreat. qz̄ os  
dñi exercitiū locutū est. qz̄ oēs populi ambula  
būt vnusq̄sq̄ in noie dei sui. nos aut̄ ambulabi  
mus in noie dei nri in eternū et vltra. In die illa  
dicit dñs. p̄gregabo claudicatē. et eā quā eiecerā  
colligā. et quā afflixerā p̄solabor et ponā clau  
dicatē in reliq̄as et eā q̄ laborauerat in gentē ro  
bustā. et regnabit dñs sup̄ eos in mōte syon ex h̄  
nūc et vsq̄ in eternū. Et tu turris gregis nebu  
losa filia syon. vsq̄ ad te veniet. et veniet ptās p̄  
ma regnū filie hierlm̄. Nūc q̄re merore p̄traher  
Nunq̄d rex nō est tibi aut p̄siliari⁹ tuus perijt qz̄  
cōprehēdit te dolor sicut pturientē. Dole et sata  
ge filia syon q̄si pturiēs. qz̄ nūc egredieris de ci  
uitate. et h̄itabis in regione et venies vsq̄ ad ba  
bylonem Ibi liberaberis. ibi redimet te dñs de  
manu inimicōꝝ tuoz̄ et nūc p̄gregate sūt sup̄ te  
gētes multe. q̄ dicit lapides. et aspiciat in syon  
oculus nr̄. Ipi aut̄ nō cognouerūt cogitatioes  
dñi et nō intellexerūt p̄siliū ei⁹ qz̄ p̄gregauit eos  
q̄si fenū aree. Surge et tritura filia syon: qz̄ cornu  
tuū ponā ferreū. et vngulas tuas ponā creas. et  
p̄minues p̄plos multos. et interficies dño rapi  
nas eoz̄. et fortitudinē eoz̄ dño vniuerſe terre

**L.S.** De vastatione hierlm̄ p̄ morte xp̄i. de  
natiuitate et magnificentia xp̄i. de septē pastori  
bus octo primatibus. de apostolica predicatio  
ne et iudeoz̄ exterminatione. Ca. V

**A**nc vastaberis filia latronis. Obsidio  
ne posuerūt sup̄ nos. in v̄ga p̄cutient ma  
xillā iudicis isrl̄. Et tu bethleē effrata p̄  
uul⁹ es in milib⁹ iuda. Et te mihi egrediet⁹ q̄ sit  
dñator in isrl̄. et egressus ei⁹ ab iitio a dieb⁹ etni  
tatis. p̄pter h̄ dabit eos vsq̄ ad tps̄ in q̄ pturiēs  
pariet. et reliq̄e fratrū ei⁹ p̄uertent ad filios isrl̄  
et stabit et pascet in fortitudine dñi in sublimitate  
nois dñi dei sui. et p̄uertēt. qz̄ nūc magnificabit  
vsq̄ ad terminos terre. Et erit iste pax assyrijs cū  
venerit in terrā nr̄am. et qñ calcauerit in domib⁹  
nr̄is. Et suscitabim⁹ super eū septē pastores. et  
octo p̄mates hoies. et pascēt trā assur i gladio  
et trā nēroth in lanceis eis. et liberabit ab assur  
cū venerit in terrā nr̄am et cū calcauerit i finib⁹  
nr̄is. Et erūt reliq̄e iacob i medio p̄ploꝝ mltoꝝ  
q̄si ros a dño et q̄si stille sup̄ herbā q̄ nō expectat  
virū. et uō p̄stolat filios hoīm. et erūt reliq̄e. Ja  
cob i gētib⁹ i medio p̄ploꝝ mltoꝝ q̄si leo iumēt  
siluaz̄. et q̄si catul⁹ leonis i gregib⁹ pecoz̄. Qui  
cū trāſerit et p̄culcauerit et cepit: nō est q̄ eruat  
Et exaltabit man⁹ tua sup̄ hostes tuos et oēs in  
imici tui interibūt. et erit in die illa dicit dñs. aufe

D

A

B

C

D

Ezech. xxij. f  
Sopho. ij. d

Dic. xvi. f  
s. i. d

A  
Esaic. ij. a

# Micheas

**D** **P**am eqs tuos de medio tui, et dispartas quadrigas tuas, et partem civitates terre tue, et destruas omnes munitiones tuas, et auferam maleficia de manu tua, et diuinationes non erunt in te, et perire faciam sculptilia tua et statuas tuas de medio tui, et non adorabis ultra opera manuum tuarum, et euellam lucos tuos de medio tui, et ceteram civitates tuas et faciam in furore et indignatione violationem in omnibus gentibus que non audierunt.

**L.S.** De disceptatione domini cum populo suo de oblatione acceptabili domino de sceleribus populi et afflictionibus eius.

**A** **A**udite quod dominus loquitur. Surge VI  
contende iudicio aduersum montes, et audiēt colles vocem tuam. Audiāt montes iudicium domini et fortia fundamenta terre, quia iudicium domini cum populo suo, et cum israel diiudicabitur. Popule meus quid feci tibi, aut quid molestus fui tibi. Non de mihi, quia eduxi te de terra egypti, et de domo seruitutinis liberaui te, et misi ante faciem tuam moysen, et aaron, et maria. Popule meus memeto quod cogitauerit contra te balach rex moab, et quod ruderit ei balaam filius beor de sethim usque ad galgalam, ut cognosceres iustitias domini. Quid dignum offeram domino. Curuabo genu deo excelso. Nunquid offeram ei holocausta omata et vitulos anniculos. Numquid placari potest dominus in milibus arietum, an in multis milibus hirum, et pinguium. Numquid dabo primogenitum meum pro scelere meo: fructum ventris mei pro peccato anime mee. Iudicabo tibi o homo quod sit bonum, et quod dominus requirat a te. Etiam facere iudicium, et diligere misericordiam, et sollicitum ambulare cum deo tuo. Vox domini ad civitatem clamat, et salus erit timentibus nomen eius. Audite tribus. Et quis approbabit illud. Adhuc ignis in domo impij thesauri iniquitatis, et mensura minor, ire plena. Numquid iustificabo stateram impiam: et saccelli pondera dolosa. In quibus diuites eius repleti sunt iniquitate, et habitantes in ea loquebantur mendacium, et lingua eorum fraudulenta in ore eorum. Et ego concepti percutere te perditione, super peccatis tuis. Tu comes et non saturaberis, et humiliatio tua in medio tui. Et apprehendes et non saluaberis, et quis saluaueris in gladium dabo. Tu seminabis et non metes: tu calcabis oliuam, et non ungeris oleo, et mustum, et non bibes vinum. Et custodisti precepta amari, et omne opus domus achab, et ambulasti in voluptatibus eorum, ut dare te in perditionem, et habitates in ea in sibilum, et opprobrium populi mei portabis.

**L.S.** Plagitur propheta quia pauci sunt iusti. De liberatione hierusalem a babilonijs, de christo pastore et populo nascendo de confusione gentium, et laude diuine clementie.

**A** **A** mihi, quia factus sum sicut qui VII  
colligit in autumno racemos vindemie. Non est botrus ad comedendum precoquus ficus desiderauit anima mea. Perit sanctus de terra, et rectus in hominibus non est. Dies in sanguine

insidiant, vir fratrem suum ad mortem venat. Malum manuum suarum dicunt bonum. Princeps postulat et iudex in reddendo est. Et magnus locutus est desiderium anime sue, et turbauerunt eam. Qui optimus in eis est quasi paliurus, et qui rectus quasi spina de sepe. Dies speculationis tue, visitatio tua venit. Nunc erit vastitas eorum. Nolite credere amico, et nolite confidere in duce. Ab ea que dormit in sinu tuo custodi claustra oris tui, quia filius contumeliam facit patri, et filia surgit aduersus matrem suam, nurus aduersus socrum suam, et inimici hominis domestici eius. Ego autem ad dominum aspiciam, expectabo deum saluatorem meum. Audiet me deus meus. Ne leteris inimica mea super me, quia cecidi. Resurgam. Cum sedero in tenebris dominus lux mea est. Ira domini portabo, quoniam peccauit ei: donec carnem meam iudicet, et faciat iudicium meum. Eductet me in lucem, videbo iustitiam eius. Et aspiciet inimica mea, et operiet confusione que dicit ad me. Ubi est dominus deus tuus. Oculi mei videbunt in eam. Nunc erit in calcatione, ut lutum platearum. Dies ut edificet macerie tue. In die illa longe fiet lex. In die illa, et usque ad te veniet assur, et usque ad civitates munitas, et a civitatibus munitis usque ad flumen, et ad mare de mari, et ad montem de monte. Et terra erit in desolationem propter habitatores suos, et propter fructum cogitationum eorum. Pasce populum tuum in virga tua: gregem hereditatis tue habitantes solos in saltu. In medio carmeli pascent bafan, et galaad iuxta dies antiquas, secundum dies egressus onis tue de terra egypti. Ostendam ei mirabilia. Videbunt gentes, et confundentur super omni fortitudinem suam. Ponet manum super os: aures eorum surde erunt. Ligent puluerem sicut serpentes: velut reptilia terre perturbabunt de edibus suis. Dominum deum nostrum non desiderabunt, et timebunt te. Quis deus filius tui, qui auferis iniquitatem, et transferis peccatum reliquiarum hereditatis tue: non immittet ultra furorem suum, quoniam volens misericordiam est. Reuertetur, et miserebitur nostri. Deponet iniquitates nostras, et projiciet in profundum maris omnia peccata nostra. Dabit habitatem iacob, misericordiam abraam, que iurasti patribus nostris a diebus antiquis.

**Explicit Micheas propheta. Incipit prologus in Naum prophetam.**

**N** **A**um prophetam ante aduentum regis assyriorum, qui populum israel captiuum in suam regionem transfulerat: fuisse hebreorum traditio confirmat. Si quidem in fine huius lectionis predicti regis aduentum, idem propheta annunciat monstrat. Sed cum habitatores nimue iona iuteritum civitatis predicat, ne diuina ira denunciaturum iuteritum sustineret peccatorum, et impietatis penam egissent accepta dei misericordia grauioribus se criminibus implicauerunt. Qua de causa memorat propheta spiritu sancto plenius iudicium dei annuncians ita locutus est. Deus zelans: et vlciscens dominus est etc. Jam enim decem tribus ab assyrijs ducte fuerant in captiuitatem sub ezechia rege iuda, sub quo etiam nunc

**B**  
Math. x. c.

**B**

**B**

**B**

**B**

**Naum. i.**

cōsolatione ppli trāsmigrati. aduersum ninieuz visio cernit. Nec erat pua solatio tā his q̄ iam assyrijs seruebāt. q̄ reliqs q̄ sub ezecchia de tribu iuda et beniamin ab eisdez hostibus obsidebant. vt audirent assyrios q̄ a chaldeis esse capiendos sicut in sequētibus libris huius demōstrabit. Sciendū autē q̄ ninieue in nra lingua de hebreo speciosam sonat. Speciosus autē h̄ mūdus dicitur. Vñ et apud grecos cosmos ab ornatu nomē accepit. Et q̄cqd̄ nūc aduersum ninieū dicitur de mūdo figuraliter p̄dicari sentiamus. Quam ob cām et assumptio quā septuaginta interpretes dicūt. apud hebreos massa ponit. i. graue onus eo q̄ cū aduersus quā p̄phetatur premat: nec finat eleuare ceruicē. Simulq̄ h̄ attendendū qd̄ h̄ ipsa vel assumptio vel onus vel pondus p̄phete visio sit. Non em̄ loq̄tur p̄pha in extasi. vt montanus et priscilla: maxillaq̄ delirāt s̄z qd̄ p̄phetat liber est visionis intelligentis vniuersa q̄ loq̄tur. et p̄odus hostiū faciētis suo pplō visionē. De p̄sumptione itaq̄ mūdi fm̄ anagogē solationē sc̄tōz p̄pha tenet. vt quecūq̄ in mūdo vidēt quasi p̄tereuntia et caduca p̄terminant et preparant se ad iudicij diē. Vbi vltor aduersum viros assyrioz affuturus est dominus.

**E**xPLICIT plogus. Incipit argumētum.

**N**aum cōsolator orbis interpretat. In crepat ciuitatē sanguinū. et post euerisionē illius loquit. **E**cce super mōtes pedes euāgelizātis et annūciantis pacem

**E**xPLICIT argumētū. Incipit. Naum p̄pheta. **L. S.** De emulatiōe dñi. et ponit ad vindictā p̄ ninieū. et de bonitate dñi ad reducendā captiuitatē isrl̄ qz non deambulabunt eā assyrii sicut captiuitatem iuda et hierlm̄. sed ipsi igne succendentur et sennacherib in templo dei sui vocabitur. et inde reddetur securitas. **L. a. I.**

## Mus ninieue. Liber visionis Naum helchesei.

**O** de emulatoz et vlciscēs dñs: vlciscēs dñs et h̄ns furozē vlciscens dñs in hostes suos: et irascēs ipse inimicis suis. Dñs patiens et magnus fortitudine et mundās nō faciet innocentē. Dñs in tempestate et turbine vie eius et nebule puluis peduz eius. In crepans mare et exiccans illud. et oīa flumina ad desertuz deducens. Infirmatus est basan et carmelus. et flos libani elanguit. Mōtes cōmoti sunt ab eo. et colles desolate sunt. et cōtremuit terra a facie eius. et orbis et oēs habitantes in eo. Vñ faciē indignatiōis eius quis stabit et quis resistet in ira furoris eius. Indignatio eius effusa est vt ignis. et petre dissolute sunt ab eo. Bonus dñs et cōfortās in die tribu-

lacionis et sciens sperantes in se. Et in dilunio pretereunte p̄sumptionē faciet loci ei. et inimicos eius p̄sequent tenebre. Quid cogitatis contra dñm. Cōsumptionē ip̄e faciet. Nō p̄surgit duplex tribulatio. qz sicut spine se inuicē cōplectunt. sic cōmuniū coz pariter potātū. Cōsumetur quasi stipula ariditate plena. Ex te em̄ erit cogitans p̄ dñm maliciā mente p̄tractās p̄uariationē. Nec dicit dñs. Si p̄fecti fuerint et ita plures sic q̄ attendent et p̄trāsibit. Affliti te et nō affligā te vltra. Et nūc p̄terā virgā eius de dorso tuo. et vincula tua dirumpaz. et precipiet sup te dñs. Nō seminabit ex noīe tuo amplius. De domo dei tui interficiā. Sculptilez p̄statile ponā sepulcrū tuū. quia in honozatus es. Ecce sup montes pedes euāgelizantis et annūciantis pacem. Celebra iuda festiuitates tuas et redde vota tua. qz non adijciet vltra vt pertranseat in te behal. vniuersus interijt.

**L. S.** de ascensu nabuchodonosor p̄tra ninieū: et vltiōe dñi. describit etiā exercitus babyloioz et describitur vastitas ninieuz. sub typo mulieris captiue verba exprobrātis ad ninieū describitur potentia eius. **L. a. II.**

**A**scendit q̄ disp̄gat corā te: q̄ custodiat obsidionē. Cōteplare viā. p̄forta lumbos. roborā virtutē valde. qz sicut reddidit dñs supbiā iacob. sic supbiā isrl̄. qz vastatores dissipauerūt eos. et p̄pagines eoz corruerūt. Clypeus fortiū eius ignitus. viri exercitus in cocaneis. Ignee habene currus in die p̄parationis eius et agitatores eius p̄sopiti sunt. In itinerib̄ cōturbati sunt. q̄drige collise sunt in plateis. Aspectus eoz quasi fulgura discurrentia. Recordabitur fortiū suoz: ruent in itinibus suis. Velociter ascendent muros eius. et p̄parabitur vmbraclū. Porte flumioz aperte sunt. et templū ad solū dirutū. Et miles captus adductus est. et ancille ei. minabātur gemetes vt columbe. murmurantes in cordibus suis. et ninieue quasi piscina aq̄z aque eius ip̄i nō fugerūt. State state et nō est qui reuertatur. Diripite argentū. diripite auz. et nō est finis diuitiaz et oibus vasis desiderabilibus. Dissipata est et scissa et dilacerata est cor tabescens et dissolutio geniculoz et defectio in cūctis reib̄. et facies oīz sic nigredo olle. Vbi ē habitaculū leonū. et pascua catuloz leonū. Ad quā iuit leo vt ingrederetur illuc. catul⁹ leonis. et nō est q̄ exterreat. Leo cepit sufficiēter catulis suis et necauit leones suos. et impleuit p̄da spelūcas suas. et cubile suū rapina. Ecce ego ad te dic̄ dñs exercituū et succendā vsq̄ ad summū q̄drigas tuas. et leuculos tuos comedet gladi⁹ et exterminabo de terra p̄dā tuā. et nō audiet vltra vox nūcioz tuoz.

**L. S.** Arguit crudelitas ninieū et despoliat sic

Naum. i. d.

a

b

Estia  
Romaz

a

b

c

Estia  
D

# Prologus

adultera decepta. defensio nulla etiā ei? est s; sic alexandria q̄ hic describit destruet tanq̄ nō munita et debilis pp̄s ei? euolat vt locuste. occidēt principes ei? et erit pessima plaga ei?.

III

**U**ciuitas sanguinū: vniuersa medacij dilaceratione plena. Non recedet a te rapina. Vox flagelli et vox imperus rote et eq̄ frementis et quadriga feruentis et eq̄tis ascēdētis. et micātis gladij et fulgurātis hastae multitudinis interfecte et ḡuis ruine. nec est finis cadauey. Et corruent in corpib? suis ppter multitudinē fornicationū meretricis speciose et ḡte et habētis maleficia. q̄ vēdidit gētes in fornicationibus suis et familias in maleficijs suis. Ecce ego ad te dicit dñs exercituum. et reuelabo pudenda tua in facie tua. et ostendā in gētibus nuditatē tuā et regnis ignominia tuā. Et p̄ijciā sup te abominationes et cōtumelijs te afficiā et ponā te in exēplū. et erit: oīs q̄ viderit te resiliet a te et dicet. Vastata est ninive. Quis cōmouebit sup te caput. Vñ querā p̄solatorē tibi. Nūq̄d meliores alexandria pp̄loz q̄ h̄itat in fluminib? Aque in circumitu eius cui? diuitie mare. aque muri ei?. Ethiopia fortitudo ei?. et egypt? et nō est finis. Africa et libies fuerūt in auxilio tuo: s; et ip̄a in trāsmigratione ducta est in captiuitatē. Haruuli ei? elisi sunt in capite omniū viay sup mēlytos ei? miserūt sortez. et oēs optimates ei? p̄fixi sunt in cōpedib?. Et tu ergo inebriaberis et eris despecta. et q̄res tu auxiliū ab inimico. Dēs munitiōes tue sic sic? cū grossis suis. si cōcussē fuerint cadēt in os comedētis. Ecce pp̄s tuus. mulieres in medio tui. Inimicis tuis adaptionē p̄adēt porte terre tue. deuorabit ignis vectes tuos. Aquā p̄p̄t obsidionē hauri tibi: ex trine munitiōes tuas. Intra in lucū et calca. subi gens tene laterē. Ibi comedet te ignis: peribis gladio: deuorabit te vt brucus. Congregare ḡ vt brucus. multiplicare vt locusta. Plures fecisti negociatōes tuas q̄ stelle sint celi. Breue? ex p̄sus est et auolauit. Custodes tui q̄si locuste et puuli tui q̄si locuste locustay: q̄ cōsidēt in sepib? in die frigoris. Sol ort? est et auolauerūt et nō ē cognit? loc? eay vbi fuerint. dormitauerunt pastores tui rex assur. sepeliēt p̄ncipes tui. Latitauit pp̄s tu? in mōtib?: et nō est q̄ p̄greget. Nō est obscura p̄tricio tua pessima ē plaga tua. Omnes q̄ auderūt audicionē tuā: p̄p̄serūt manū super te: q; sup quē nō trāsiit malicia tua semp.

Explicit Naū p̄pheta. Incipit Prologus in Abacuc p̄phetam.

**Q**uattuor pp̄be in duodecim pp̄baruz volumine p̄tinent. e q̄b? tres in principio lemma id est p̄odus titulū h̄nt naū abacuc. et malachias. Porro zacharias in medio et circa finē duos huiusmodi p̄dit titulos

e q̄bus vnus est. on? vbi dñi in terra adrach et damasci requiei eius alter in fine. s; omis vbi dñi sup isrl. De naū oratiōib? tuis iā liber vnus editus est. De zacharia et malachia. si vita comes fuerit differet. Nūc Abacuc habem? in manibus q̄ vel ex eo q̄ amabilis deo est vocat amplexatio. vel q̄ in certamē et luctā: et vt ita dicā: amplexū cū deo p̄gredit amplexātis. i. luctātis sortitus est nomē. Nullus em̄ tā audaci voce ausus est deū ad disceptationē iusticie puocare: et dicere ei. Cur in reb? humanis mūdi isti? p̄pa tanta rez vset iniquitas. Vociferabor ad te vim paties et nō saluabis. Quare ostēdisti mihi iniquitatē et laborē videre. Lacerata est lex. et nō puenit vsq; ad finē iudiciū. q; impius preualet aduersum iustū: iō egredit iudiciū puerus. Vides q̄ temeraria vox sit et q̄dammodo blasphemantis creatorē suuz ad iudiciū puocare. et vas fragile aduersus figulū cur tale vel tale factum sit disputare. Necnō et b̄ ai aduertēdū q̄ assumptio vel pondus q̄ graua iā esse dixim?. pp̄be visio est et aduersum mōtani dogma puerum intellit qd videt. nec vt amens loquit. nec more insipientiū feminay dat sine mēte sonū. Vñ et apls iubet vt si pp̄hetatibus alijs: alij fuerit reuelatū taceāt q̄ prius loq̄bant. et statim. Non est inquit dissensionis de?: sed pacis. Et quo intelligit cū q̄s ex voluntate reticet. et alijs locū dat ad loquēdū: possit loqui et tacere cū velit. Qui iā in extasi. i. inuitus loquitur. nec tacere nec loqui in sua potestate habet. Illud q̄s discet. q; semel a me violenter erigis vt quasi quosdam gradus et scalas altiora nitenti. historiā tibi interpreter. prophetiam esse circa babylonem et nabuchodonosor regem chaldeoz. vt quō prior p̄pheta naum quem abacuc sequitur vaticinium habuit cōtra ninuen et assyrios qui vastauerūt decem trib? que vocatur isrl. ita abacuc p̄phetiam habeat aduersus babylonē et nabuchodonosor a quib? iudas et hierusalē templūq; subuersa sunt. Et vt scias eo tempore fuisse Abacuc. quo iaz due tribus que vocabant iuda ducte erant in captiuitatē: daniel docere te poterit. ad quē in lacuz leonū abacuc cum prandio mittit. q̄ apud hebreos hec ipsa non legatur historia. Vgitur siue q̄s recipiat scripturā illā siue nō recipiat. vtrūq; p̄ nobis est. Aut em̄ iā recipit. et post factā rē liber abacuc texit: aut si non recipit. q̄si p̄pheta scribit que vētura cognoscit. Interim s̄m lram causat aduersum deuz p̄pheta. cur nabuchodonosor tēplū dei vastet et iudā: cur hierlīm quondam vrb̄s dñi destruat. q̄re clamet pp̄s et non audiat. vociferet ad dñm opp̄ssus a chaldeis et nō saluet. quare etiā ip̄e pp̄ba vel pp̄s ex cui? p̄sona loq̄tur ad b̄ vixerit: et hucusq; p̄duct? sit. vt iniquitatem hostium et suum laborē viderit.

i. Cor. xiiij. f

Ibidem.

daniel. xiiij. f

cum iniusticia pualear a duersum se. z bec dicit  
pre mentis angustia nescies aurū in igne pflari  
z tres pueros de camino ignis puriores exisse  
q̄ intrauerāt. Sed z b̄ generaliter accipe possu  
mus q̄ ex p̄sona humane impatientie loquatur  
vt in querulā vocē z plenā doloris erumpat di  
cens. Quare respicis p̄teptores z taces p̄culcā  
te impio iustiore se. Nec aut loquit̄. nesciens ius  
dicia dei inuestigabilia. z p̄fundum diuinarum  
sapientie z scientie ei⁹. q̄ nō ita videat deus vt  
videt homo. Homo tm̄ presentia respicit. de⁹ fu  
tura z eterna cognoscit. Et quō si egrotans z  
estuās febrīb⁹ aquā frigidā postulet. z dicat ad  
medicū. vim patior. crucior. vroz. examinor vsq̄  
quo medice clamabo z exaudies. z respondeat  
ei sapiētissimus z clemētissimus medicus. scio  
quo tempore dare debeā quod postulas. nō mi  
sercor modo. qz misericordia ista crudelitas est  
z voluntas tua contra te petit. Ita z deus no  
ster sciens clemētie sue pondera atq̄ mēsuras  
interdum non exaudit clamantē. vt cum p̄bet et  
magis puocet eū ad rogādum. z quasi igne ex  
coctum iustiorē et puriorē faciat. Quod intelli  
gens ap̄tus p̄m id q̄ misericordiā p̄secutus est  
a dño ait. Sed non deficimus. Et b̄ndicit dñm  
in omni tpe. Et scit. q̄ qui p̄seuerauerit vsq̄ in  
finē hic saluus erit. z gloriat̄ in labore z dolore  
Et cum hieremia dicit. Tribulationē et miserā  
inuocabo. z quō alius inuocat deū. sic sanctus  
vir z bellator inuictus ad exercēdum se z p̄bā  
dus tribulationē z miseriam inuenire desiderat

Explicir plogus. Incipit argumentum

**A**Bacuc luctator fortis z rigidus stat  
sup custodia suā. z figit gradū sup mu  
nitionē. vt xpm in cruce cōtemplēt et  
dicat. Operuit celos glia ei⁹. z laudis eius ple  
na est terra. Splēdor eius vt luxerit. cornua in  
manibus eius. ibi abscondita est fortitudo eius.

Explicir argumētū Incipit Abacuc p̄p̄ba.

**L.S.** Disceptat cum deo de flore maloz. et  
rīdet dñs. de potentia chaldeoz z ruina ipsoz  
z munitione nabuchodonosor. p̄p̄beta intelli  
gens iusticiā dei z clemētiā ex nimia impatiētia  
adhuc disputat cū deo. pro illis quos nabucho  
donosor predatur z deuorat.

**O**nus quod vidit

Abacuc p̄p̄ba. Usq̄q̄ dñe cla  
mabo. z nō exaudies. Voafe  
rabor ad te vim patiens z nō  
saluabis. Quare ostēdisti mi  
hi iniquitatē et laborē: videre  
prēdā z iniusticiā p̄ me. Quare respicis p̄tepto  
res. z taces p̄culcāte impio iustiore se. z facies  
hoīs quasi pisces maris. z quasi reptilia nō ha  
bentia ducem. z factum est iudicium. z p̄dictio

potentior. Propter b̄ lacerata est lex. et nō pue  
nit vsq̄ ad finem iudicium: qz impius p̄ualet  
aduersus iustum. propterea egreditur iudicium  
peruersum. Aspiciate in gētibus et videte z am  
miramini: z obstupescite. qz opus factum est in  
diebus vestris. quod nemo credet cuz narrabit̄  
Quia ecce ego suscitabo chaldeos gētem ama  
ram z velocē ambulātem sup latitudinem ter  
re. vt possideat tabernacula non sua. Horribilis  
et terribilis est ex semetipsa iudiciuz. et onus ei⁹  
egredietur. Leuios p̄dis equi eius. z velo  
ciores lupis vesptinis. z diffundēt eq̄tes ei⁹.  
eq̄tes nāq̄ ei⁹ de longe veniēt volabūt q̄si aq̄la  
festinās ad comedendū. Dēs ad prēdam ve  
nient. facies eoz ventus vrens. Et cōgregabit  
quasi arenā captiuitatem et ipse de regibus tri  
umphabit. z tyranni ridiculi eius erunt: Ipe su  
per oēm munitionem ridebit et cōportabit ag  
gerē: z capiet eā. Tūc mutabit̄ spūs z p̄ trāsibit  
et corruet. Nec est fortitudo ei⁹ dei sui. Nūq̄d nō  
tu a p̄ncipio dñe deus me⁹ sancte me⁹. z nō mo  
riemur dñe in iudiciū posuisti eū z fortē vt cor  
riperes fundasti eū. Quidi sunt oculi tui ne vi  
deas malū: et respicere ad iniquitatē nō poteris.  
Quare nō respicis sup inique agentes. z taces  
deuorante impio iustiorē se. Et facies hoīs q̄si  
pisces maris z quasi reptile nō habens p̄ncip̄  
pem. Totum in hamo subleuauit. traxit illud in  
sagena sua. et congregauit in rete suā. Sup hoc  
letabitur et exultabit. p̄pterea immolabit sage  
ne sue. et sacrificabit reti suo. Quis in ip̄is in  
crassata est pars eius. z cibus eius elect⁹. Pro  
pter hoc ergo expandit sagenā suam. z semp in  
terficere gentes non cessat.

**L.S.** Stat p̄p̄beta sup custodia suā vt vi  
deat quid sequatur post euersionē ppli z tēpli:  
de aduentu xpi. describitur in supbia sua nabu  
chodonosor propheta p̄pter auariciā. p̄pter  
cruentā edificationem. p̄pter inebriationem se  
dechie. p̄pter idola

**S**uper custodia meā stabo. z figam gra  
dum super munitionē. Et cōtemplabor  
vt videā quiddicatur mihi. et qd respō  
deaz ad arguentem me. Et respōdit mihi dñs  
et dixit. Scribe visum z explana eū sup tabulas  
vt percurrat qui legerit euz. Quia adhuc visus  
procul. z apparebit in finē z nō mentiet̄. Si mo  
ram fecerit expecta illū. qz veniens veniet z nō  
tardabit. Ecce q̄ incredulus est. nō erit recta aīa  
eius in semetip̄o. Iust⁹ aut in fide sua viuet. Et  
quō vinū potatē decipit sic erit vir supb⁹ z non  
decorabit̄. Qui dilatauit q̄si infern⁹ aīam suā. z  
ipe q̄si mors. z nō adimplet̄. et cōgregauit ad se  
oēs gentes. z coaceruauit ad se oēs p̄p̄los. Nū  
quid nō oēs isti sup eū pabolā sumēt. z loq̄lam  
enigtū eius. Et dicef. De ei q̄ multiplicat nō sua

Dan. iij. c

Abacuc. i. b

ij. Cor. iij. a  
Ps. xxxij.  
Math. x. z  
xxij. b

Johā. xix. a

Job. xxi. a  
Hierc. xij. a

B  
Eia. xij

C

D

A  
Eia. xij

Eia. xij  
Roma. x. b  
Hebr. x. b

# Prologus

Usq; et aggrauat contra se de sum lutu. Nunquid non  
repete surget qui mordeat te. et suscitabit lacerantes  
te. et eris in rapina eis. Quia tu spoliasti gentes  
multas spoliabunt te omnes qui reliqui fuerint de  
populis. propter sanguinem hominis et iniquitatem terre ciuitatis.  
et omnium habitantium in ea. Ne qui congregat auaricia  
malam domui sue. ut sit in excello nidus eius. et  
liberari se putat de manu mali. Cogitasti confusi  
onem domui tue. occidisti populos multos. et peccasti  
uita tua. Quia lapis de pietate clamabit et lignum  
quod inter iuncturas edificiorum est rubebit. Ne qui  
edificat ciuitatem in sanguine et preparat urbem in  
iniquitate. Nunquid non sunt haec a domino exercituum. Laborabit  
enim populus in multo igni. et gemes in vacuum  
et deficiet. Quia replebit terra ut cognoscant gloriam  
domini. quasi aqua opientes mare. Ne qui potum dat amico  
suo mittens fel suum. et inebriatus aspiciat nuditatem  
eius. Repletus est ignominia pro gloria. Bibe tu quis et  
confopire. Circumdabit te calix dextere domini et vomitus  
ignominie super gloriam tuam. Quia iniquitas labii  
